Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

[―――――] LITTERAE Apostolicae quibus Institutio, Confirmatio et varia Privilegia continentur Societatis Iesu. Roma: Romae, in Collegio eius dem Societatis, 1587. 4to.menor; 12 hs., 280 pp. Ejemplar con la firma autó grafa y restos de sello en lacre del Cardenal de la Curia Ovidio Erasmo, como Asistente de la Cámara Apostólica. El ejemplar lleva añadida la Bula de Gregorio XIV "Constitutio qua Societatis institutum & ratio gubernandi confirmantur", impresa en Roma, en 1591, que consta de 18 pp., 1 h., autorizada con las firmas autógrafas de Juan de Zuazo, archidiácono de Olmedo, diócesis de Ávila, y de Juan Bermúdez, notario apostólico. Siguen en el ejemplar dos hojas, impresas en 1595, con el "Breve" de Clemente VIII prohibiendo a los religiosos de la Compañía el uso de la 'Bula de la Cruzada'. Va al fin el sello y firma del Secretario de la Compañía "Jacobus Dominicus". El conjunto de éste ejemplar histórico lleva una autorización manuscrita, en la primera hoja blanca, dada en Medina a Luis de Roa, S.J. por el Prepósito Provincial de Castilla el Padre Dávila.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1DP-0

Universidad de Deusto
Biblioteca

BREVE
SANCTISS. D. N.
CLEMENTIS VIII.

Quo Societatis Religioſis vſus Bullæ Cruciatæ, quoad eligendum Confeſſarium, & obtinendam abſolutionem à reſeruatis interdicitur.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex ad ea ſolicitudinis ſuæ partes intendere debet, per quæ Religioſorum ſtatus in pace, & quiete tutiùs conſeruatur. Sanè cùm ratio doceat, & experientia compertum ſit, Religionibus

 valdè

Universidad de Deusto Biblioteca

valdè pernicioſum exiſtere, vt earum Religioſis licitum ſit Confeſſarium ſibi eligere, & licet fe. re. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor, per ſuas in forma Breuis litteras expreſsè prohibuerit, ne Religioſi Societatis Ieſu facultatibus Cruciatæ Sanctæ vti abſq; Superiorū ſuorum licentia valerēt; nihilominus, quia nonnulli exiſtimāt, ex clauſulis litterarum dictæ Cruciatę cuicunque ipſius Societatis priuilegio derogari, & propterea ipſis Religioſis huiuſmodi facultatibus vti licitum eſſe, ſpeciali ad hoc noſtro, & Apoſtolicæ Sedis opportuno remedio neceſſe ſit; Nos pro noſtri Paſtoralis muneris debito, ea, quæ ipſius Societatis quieto, & pacifico ſtatui, ac debitæ Superioribus obedientiæ conſeruandæ opportuna eſſe cognoſcimus, ſalubriter prouidere volentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, meráque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura cōſtitutione ſancimus, nulli Religioſorum eiuſdem Societatis licere facultatibus Cruciatæ huiuſmodi in quacunque Mundi parte publicatæ, vel publicandæ, quoad eligendum Confeſſarium, & obtinendam abſolutionem à caſibus reſeruatis vti, nec eis, quoad hanc eligendi Confeſſarium, & obtineudi abſolutionem prædictam facultatem, Cruciatā huiuſmodi ſuffragari. Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, ſublata eis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atteſtari decernimus. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu Secretarij dictæ Societatis, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo eiuſdem Societatis, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis eadem vbique fides habeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur.

Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub Annulo P[illegible]ſcatoris. Die xiiij. Iunij. M. D. V. Pontificatus noſtri Anno quar[illegible]

M. Veſtrius Barbianus.

Jacobus Dominicus Secret

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca